

FEVDALIVM

DISPUTATIONVM

VBI LIBRI DVO,

IOANNIS SCHONERI

WALTERSHOFENSIS, I. V. D.

Friderici IV. Electoris Palatini, &c.

Consilarii.

QVIBVS

Vniuersa feudorum materia vtilissima & nobilissima,
pulcherrima methodo exposita est.

*Cum INDICE duplici, vno disputationum, altero rerum
& verborum copiosissimo.*



*Esta conferencia del Ex.
de 1630*

Procurador del Staff.

*no ha merecido expurgarse
porq. este no es el p. de la
que al. es expurg.*

FRANCOFVRTI,

Apud Andreae Wecheli heredes,

Claudium Marnium, & Ioan. Aubrium,

MDXCVII.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM



SERENISSIMO ET
POTENTISSIMO PRIN-
CIPIS AC DOMINO, DOMINO
FRIDERICO III. COMITI PALATI-
tino, Sacri Romani Imperij Archidapifero, &
Electori, Duci Bavariae, &c. Dn. suo
clementissimo. S.



*Q*UAMVIS Serenissime Princeps, Elector ac Do-
mine clementissime, complures, iique doctrina
prastantes viri, à juris feudalis, tanquam sermo-
nis genere barbaro, & insipido, parumq; metho-
dicè conscripti cognitione adhorreant, illudque
pra cateris juris civilis partibus negligendum
opinentur; certum tamen est, id esse nervum pu-
bl. cae tranquillitatis in Imperio, & unicum contra injustas domi-
rum & vasallorum cupiditates, praesidium haberi: Nam utrosque, ne
pacis, vel belli tempore facienda omittant, vel non facienda faciant, ar-
ctissimis fidei, poenaq; vinculis durissimis coercet. Vasallum namque
qui belli tempore requisitus, dominum adversus alios non juverit, vel
temerè & malitiosè deseruerit praesertim, & pacis tempore domino
impendentia pericula ulirò, maturè non denunciaverit, honorem &
reverentiam semper & ubique non exhibuerit, domini secreta sine
ipsius consensu manifestaverit, fidem in dictis & factis non praestite-



DISPUTATIO: FEUDA- LIUM IOAN. SCHONERI,

L. U. D. P. R. I. M. A.,

D E

*Feudorum definitione, origine, vi, potestate,
& distributionibus.*

T H E S I S I.

F E U D U M est jus ususfructus *b* rei feudalis *c*, inter dominum
& vasallum *m* sub conditione fidei, fidelitatisve *d* constitutum.

a c. 1. ibi: ad quem solita fundi iura transferint. de feud. ligio. c. 1. ibi: quoniam secundum jus feudi non co. Vasall. pro vno feud. duas fidelit. fac. Zas. cons. 12 n. 29 lib. 1. communem dicit. refert & sequitur Vigel. Method. jur. feud. c. 2. q. 3. rep. 6. *b* c. 1. ibi, ususfructus vero illius rei. in quibus caus. feud. amit. c. 1. in fin. de investit. de re alien. fact. ubi possessio rei feudalis ad vasallum pertinere dicitur. Possessio vero est usus rei. l. questio. 115. ibi Alciat. ff. de verbor. significat. *c* c. 1. in fin. de fec. cognit. c. 1. in fin. in quibus caus. feud. amit. *d* c. 1. in fin. ibi comm. Dd. per quos fiat investit. Bal. in pralud. feud. nu. 7. Claud. Seyfell. in specul. feud. tit. de desi. feu. p. 2. dicitur autem feudum a fidelitate. & seq. & per consequens. Camerac. in rep. c. Imperialem. fol. 3. & 605 de prohib. feud. alien. per Frader. Curt. jun. p. 1. quest. 7. Matth. de Assis. di. 129. num. 2. Clar. in §. feudum. q. 5. ubi communem asserit. Duar. c. 2. nu. 3. feud. Sontb. p. 2. feud. num. 33 Cujat. lib. 8. obser. 14. in pr. Schucidvin. p. 1. feud. n. 18. Borcholt. c. 1. nu. 1. & 20. Henric. Rosenth. in synopsis feud. e. 1. concl. 1. Moz. c. 5. feu. num. 1. Herm. Vult. lib. 1. feud. c. 2. nu. 9. & c. 6. nu. 1. & 9. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. nu. 53. & §. 3. glo. 5. in verb. feudum. nu. 13. Ferrar. in form. libel. ad revocat. feud. vers. coram Gabu. nu. 2. Decian. respons. 19. nu. 202. Vol. 3. Menoch. respons. caus. Finat. 2. nu. 30.

II.

Jus non scriptum *a* seu consuetudinarium, moribus Longobardorum
b antiquissimis, occasione ab *c* hominibus, (quorum jus civile *d* meminit,
quosque Longobardi vasallie nominant) sumta, rationabiliter *f* intro-
ductum, iudicio postea multorum *g* populorum approbatum; & tandem
contentu Imp. in scholis & foro *h* receptum.

a c. 1. ibi Dd. de feud. cognitio. argu. l. de quibus. 32. ff. de ll. & §. ex non scripto. Instit. de jur. nat. gent. & civil. gl. in pr. d. l. de quibus. Jacob. Artiz. c. 2. in sum. feud. Laurent.

LIBER SECVNDVS
DISPV TATIONVM
FEVDALIVM:

IOHANNIS SCHONERI, I. V. D.
FRIDERICI IV. ELECTORIS PALA-
tini, &c. Confiliarii.

DOCTRINAM

*De actionibus feudalibus, & legitima illarum
tractatione complexus.*

OMNIBVS ELECTORI PALATINO